

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvolibet II. Continet Quæstiones VIII. Articulos vero XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. II. ART. I.

ARTICVLVS XXII.

*Verum aliquo modo corpus gloriosum possit esse simul
in eodem loco cum alio corpore.*

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, q̄ cor-
pus gloriosum nullo modo possit esse simul
cum alio corpore in eodem loco. Sicut enim se ha-
bet corpus vnum ad vnum locum, ita duo corpo-
ra ad duo loca, ergo cōmutatim, sicut vnum cor-
pus ad duo loca, ita duo corpora ad vnum locū :
sed vnum corpus nullo modo potest esse in duobus locis, ergo nec duo corpora in uno loco.

Prat. Si duo corpora sint in uno loco, sumuntur
duo puncta in duabus extremitatibus loci, sequitur
ergo quod inter ista duo puncta, erant duas lineas
rectas duorum corporum in eodem loco existen-
ti, q̄ est impossibile, ergo impossibile est duo cor-
pora esse in eodem loco.

SED CONTRA est, q̄ Christus intravit ad discipu-
los ianuis clausis, vt hētūr Io. 20, quod esse nō po-
test, nisi corpus eius simul cum corpore portatum
fuerit, & in eodem loco, potest ergo corp⁹ glorio-
sum cum alio corpore esse in eodem loco.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut iam dicitum est,
duo corpora esse in eodem loco prohibetur ex di-
mentionibus, quia materia corporalis ē in dimen-
sione diuiditur, dimensiones autem distinguntur
ē in situum. Deus autem qui est omnium ē pri-
ma, potest conservare effectus in esse sine causis p-
ximis: vnde sicut conservat in sacramento altaris
accidentia sine ūbicie, ita potest conservare di-
stinctionem materiæ corporalis, & dimensionem
in ea absque diuersitate situs. Miraculose ergo si-
c̄ potest, quod duo corpora sint in eodem loco:
vnde corpori Christi attribuitur a sanctis, quod exi-
xit per claustrum virginis vterū, & quod intra-
uit ianuis clausis per virtutē diuinam. Et similiiter
dico quod corpus gloriosum, quod erit configura-
tum corpori claritatis Christi, poterit esse cum
alio corpore in eodem loco non pp aliquam virtu-
tem creatam inditā, sed sola diuina virtute assistē-
te, & hoc operante, sicut corpus Petri sua vmbra fa-
nabat infirmos, sed diuina virtute assistente mira-
cula faciente.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod d proportion-
ne commutata sicut et utendum. Sicut se hēt primū
ad fīm, ut duo ad tria, ita se habet tertium ad quar-
tum, ergo commutatim, sicut se habet primū &
fīm ad quartum, ita tria ad sextum, & fīm hoc ratio-
ne debet procedere. Sicut se habet vnum corpus
ad unum locū, ita duo corpora ad duo loca, ergo
sicut vnum ad duo corpora, ita vnum locus ad duo
loca, & sic non sequitur, q̄ si vnum corpus non po-
test esse in duabus locis, q̄ duo corpora non po-
sint esse in uno loco. Vnum, n. corpus esse localiter
in duabus locis implicat contradictionem, quia
de ratione loci est, q̄ sit terminus locati, terminus
autem est extra quem nihil est rei, vnde nihil loca-
ti potest esse in loco exteriori: quod si ponatur ef-
fe in duabus locis, sequitur q̄ sit extra suum locū,
& ita sequitur quod sit locatum & non locatum:
nec est instantia de corpore Christi, quia nō est in
sacramento altaris locatus, sed per cōuersationem.

AD II. dicendum, quod duas lineas rectas mathe-
maticas esse intra duo puncta, est impossibile, quia
in eis nulla alia d distinctionis p̄ intel̄ligi, nisi ex
situ: sed duas lineas naturales esse intra duo puncta
est impossibile quidē q̄ naturā, sed possibile q̄ mi-

raculum, quia remanet alia rō distinctionis in lineis
duab. ex diuersitate corporum subiectorum, q̄ cō-
sernat virtute diuina, et remota diuersitate situs.

INCIPIT QVODLIBET
SECUNDUM.

QVÆSTIO I.

QVÆSTIVM est de Christo, de angelis, & de ho-
minibus. Circa Christum qualia sunt duo
de passione eius.

Primo, Vtrum in triduo mortis fuerit idem ho-
mo in numero.

Secondo, Vtrum quælibet passio Christi suscep-
tisset ad redēptionē humani generis sine morte.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus idem in triduo fuerit homo.

AD PRIMVM sic procedebatur. Vī, q̄ Chri-
stus fuit idem hō in triduo. Dicitur. Mārt. 42. 1. & ad
12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus &
tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde ter-
rae: fed non fuit alius filius hominis in corde ter-
rae, nisi filius hominis qui loquebatur super terrā,
C alioqui Christus fuisse duo filii, ergo fuit idem hō
mo in triduo mortis.

TPræ Ionas fuit idā homo in vītre ceti, qui prius
fuerat: sed sicut Ionas fuit in vītre ceti, ita Christus fuit idē homo:

SED CONTRA. Remota forma partis, remouetur
forma totius, qua resultat ex cōpositione formæ
& materiae: fed in triduo mortis anima fuit separa-
ta a corpore Christi, ergo deficit esse humanitas: nō
ergo fuit idem numero homo in triduo mortis.

RESPON. Dicendum, q̄ in Christo inveniuntur tres
subā vnitā, sc̄ corpus, anima, & diuinitas: fed corp⁹
& anima fuerint vna non solum in unam perso-
nam, sed in vna natūram. Diuinitas aut in natū-
ra quidem non potuit vniiri nec anima, nec corpo-
ri, quia cū sit perfectissima natura nō p̄t esse pars
alicuius naturæ: sed fuit vnitā corpori & animæ in
persona, in morte aut separata fuit anima a corpo-
re, alioquin nō fuisset vera mors Christi, de cuius rō
ne est quod separaretur anima a corpore, quod per
animam viuificatur: sed diuinitas non fuit separa-
ta nec ab anima, nec a corpore, q̄ patet ex symbo-
lo fidei, in quo de filio Dei dī, q̄ sepultus est, & de-
scendit ad inferos, corpore autem iacente in sepul-
cro, & anima ad inferos descendēte, non attribue-
rentur ista filio Dei, nisi hac duo essent ei copula-
ta in unitate hypostasis, vel plōna: & ideo de Chri-
sto in triduo mortis dupliciter loqui possumus.

E Vno modo, quātum ad hypostasim, vel personā,
& sic est idem numero simpliciter qui fuit. Aut
quantum ad naturam humanam: & hoc dupli-
citer, uno modo quantum ad totā naturā, que
humanitas dicitur. & sic Christus non fuit homo
in triduo mortis, unde nec idem homo, sed eadē
hypostasis. Aut quantum ad partem humanae na-
turæ, & sic anima quidē fuit omnino eadē num-
ero, eo q̄ non est transmutata secundū substantiam,
corpus vero fuit idem numero secundū materiā,
sed non secundum formam substantialē q̄ est ani-
ma: nō p̄t dici quod quātum simpliciter fuerit idem
numero, quia quātum differentia substantialis exclu-
dit idem simpliciter: animatum aut̄ est differētia
substantialis,

QVODLIBET. I. ARTIC. I. II. ET III.

substantialis: & ideo mori est corrupti, non alterari tantum: nec iterum potest dici quod simpliciter non sit idem, vel aliud, quia non est secundum totam substantialiam non idem, aut aliud.

Dicendum est ergo, quod sicut secundum quod idem secundum quid non idem: secundum materiam, non idem, secundum formam uero non idem.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod homo est nomen naturae: sed filius est nomen hypostasis, & ideo magis in triduo mortis Christus potest dici filius hominis quam homo.

A D S E C U N D U M dicendum, quod similitudo non attenditur ibi quantum ad omnia, sed solum quantum ad occupationem, nam Christus fuit mortuus in corde terrae: non autem Jonas in ventre ceti.

ARTICVLVS II.

Verum alia passio Christi sine morte sufficeret ad redemtionem humani generis.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quod 3.9.46.2r. & 3.0. & 4. alia passio Christi non sufficeret ad redemtionem humani generis sine morte. Dicitur n. Apo. ad Gal. 2. Si ex lege est iustitia, ergo Christus mortuus est gratias, inutiliter & sine causa: sed si alia passio sufficeret, Christus gratis mortuus esset, sed hoc h[ab]et apostolus pro inconvenienti, ergo alia passio Christi non sufficeret ad redemtionem humani generis.

Praeterea illud enim dicitur, quod iusto pretio comparatur: sed iustum pretium pro peccato primi parentis quo venditum est in servitatem genus humanae, esse non potuit aliud quam uita Christi, quae ualeat omnium hominum uitam, qua per illud peccatum priuat. Nam per peccatum primi hominis mors in omnes introiit, ut dicitur ad Ro. 5. ergo non potuissest humanum genus redimi per aliam passionem Christi absque morte.

Praeterea Gregorius dicit in 3. Moral. quod nisi Christus mortem indebitur sufficeret, nequam nos a morte debito liberaret. ergo passio alia non sufficeret ad liberationem humani generis sine morte.

Praeterea apostolus dicit ad Hebr. 10. quod Christus una oblatione consummavit in aeternum sanctificatos, & ideo non est locus sedis oblationis: sed manifestum est quod Christus ante mortem multis passionibus sustinuit erudiens, laborans, compitum & flagellatus, si ergo ista passiones sufficerent, non obtulisset scipsum ad mortem: obtulit autem scipsum hostiam Deo pro peccatis nostris, ut dicitur ad Eph. 5. & hoc per mortem. ergo passio Christi absque morte sufficeret.

SED CONTRA. Inuictio, vel passio alicuius mensuratur ex dignitate personae. Maiorem n. inuictiam patitur res, si percutiatur in facie, quam aliqua priuata persona: sed dignitas personae Christi est infinita, quia est persona diuina. ergo qualibet passio eius quantumcumque sit minima, est infinita. qualibet ergo passio eius sufficeret ad redemtionem humani generis, etiam sine morte.

Praeterea Bernardus dicit, quod minima gutta sanguinis Christi sufficeret ad redemtionem humani generis: potuissest autem aliqua gutta sanguinis Christi effundi sine morte. ergo etiam sine morte potuissest per aliquam passionem humanum genus redimere.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod ad emptionem duo requiruntur, scilicet pretium, & deputatio eius ad aliquod emendum: si n. aliquis det pretium

F non equivalent ad rem aliquam acquirendam, non dicitur esse simpliciter emptio, sed partim emptio partim donatio, pura, si aliquis emat librum qui valet viginti libras pro decem libris, partim emeret librum, & partim sibi datur. Rursum si dare etiam maius pretium, & non deputaret ad emendum, non diceretur emere librum, si ergo loquimur de redemptione humani generis quantum ad quantitatem pretii, sic qualibet passio Christi etiam sine morte sufficeret ad redemtionem humani generis, propter infinitam dignitatem personae, & sic procedunt duae ultimae rationes: si autem loquimur quantum ad deputationem pretii, sic dicendum est, quod non sunt deputatae ad redemtionem G nem humani generis, a Deo patre & Christo alias passiones Christi absque morte, & hoc impliciter. Primo quidem, ut pretium redemptionis humani generis non solum esset infinitum valore, sed etiam esset eiudem generis, ut si nos de morte per mortem redimeretur. Secundo, ut mors Christi non solum esset pretium redemptionis, sed etiam exemplum uirtutis, ut uidelicet homines non timerent pro ueritate mori, & has duas causas assignat. Apostolus ad Hebreos 2. dicens. Ut per mortem deliteret eum qui habebat mortis imperium, quantum ad primum: & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruient, quantum ad secundum. Tertio, ut mors Christi esset etiam faciat datum salutis, dum nos uirtute mortis Christi mortem mur peccato, & carnalibus concupiscentiis, & proprio affectu, & haec causa assignatur. Petrus 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis, ut nos offerat Deo mortificatos quidem carne, uiuificant autem spiritu, & ideo humanum genus non est redemptum per aliam passionem absque morte Christi.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod non sine causa deputata est mors Christi ad redemtionem humani generis, quamvis minor passio sufficeret potuisse, ut dictum est.

A D I I. dicendum, quod Christus non solido uitam suam, sed etiam quamcumque passionem patiendo sufficiens pretium exoluise pro redemtione humani generis, si minor passio ad hoc diuinius deputata fuisset, & hoc propter infinitam dignitatem personae Christi, ut dictum est.

I Aliae duas rationes procedunt ex hoc, quod aliepassiones Christi non fuerint deputatae ad hoc, quod per eas absque morte Christi redimerent humanum genus:

QUAESTITIO II.

DE INDE quarebatur de angelis. **P**er primo, Quantum ad compositionem ipsorum.

Secondo, Quantum ad tempus motus ipsorum.

Cica primum quarebant duo.

Primo, Vtrum angelus substantialiter sit compositus ex essentia & esse.

Secondo, vtrum in angelo sit aliquid suppositum & natura.

ARTICVLVS III.

Vtrum angelus componatur ex essentia & esse.

A D P R I M U M sic proceditur. Vt, quod angelus substantialiter non componatur ex essentia & esse. Essentia enim angelii est ipse angelus, quia

quidditas simplicis est ipsum simplex. si ergo angelus componeretur ex essentia & esse, componeretur ex seipso & alio: hoc autem est inconveniens. non ergo substantialiter componitur ex essentia, & esse.

Prat. Nullum accidentis cadit in substantialiem compositionem substantiae sed esse angelii est accidentes proprii enim Deo attributus Hilarius in lib. de trinitate, quod esse non sit accidentis ei, sed substantis virtus: ergo angelus non est essentialiter compositus ex essentia & esse.

SED CONTRA est, quod dicitur in commento liberis de causis, quod intelligentiam quam dicimus angelum, habet essentiam & esse.

RESPON. Dicendum, quod dupliciter aliquid de aliquo predicatori, uno modo essentialiter, alio modo per participationem. Lux enim predicatorum de corpore illuminato participat, sed si esset aliqua lumen separata, praedicaret de ea essentialiter. Secundum ergo hoc dicendum est, quod ens predicatorum de solo Deo essentialiter, eo quod esse diuinum est esse substantia & absolute: de qualibet autem creatura praedicatur per participationem. Nulla nam creature est lumen esse, sed est habens esse. Sic & Deus de bono essentialiter, quia est ipsa bonitas: creature autem dicuntur bona per participationem, quia habent bonitatem: unumquodque enim in quantum est, bonum est, secundum illud Aug. in i. de doctrina christiana, quod in quantum sumus, boni sumus. Quandocumque autem aliquid praedicatur de altero per participationem, oportet ibi aliquid esse praeter id quod participatur, et hoc in qualibet creatura est aliud ipsa creatura, que habet esse, & ipsa esse eius, & hoc est quod Boëc. dicit in lib. de Hebreorum, quod in omni eo quod est circa primum aliud est esse, & quod est. Sed secundum est quod aliquid participat dupliciter. Vno modo quia existens de substantia participantis, sicut genus participatur species. Hoc autem modo esse non participatur a creatura: id enim est de substantia rei, quod cadit in eius definitione. Ens autem non ponitur in definitione creature, quia nec est genus, nec differentia, unde participatur sicut aliquid non existens de essentia rei. Et hoc alia quo est, an est, & quod est, unde cum omne quod est prae essentiam rei dicatur accidentis, est quod pertinet ad qualitatem, an est, & hoc accidentis, & hoc commentator dicit in 5. Metaph. Quod ista propositio, Sortes est, est de accidentiis praedicatis, & est quod importat entitatem rei, vel veritatem propositionis: sed verum est quod hoc nomen, ens, est in quod importat rem, et competit hinc est, sic significat essentiam rei, & dividitur per decem genera, non tamen in uno loco, quia non eadem ratione competit omnibus esse, sed substantia quidem per se, alius autem aliter. Si ergo in angelo est composite ex essentia & esse, non tamen est composite sicut ex partibus substantia, sed sicut ex substantia, & eo quod adhaeret substantia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aliquando ex his quae simul iunguntur, relinquuntur aliqua res tertia, sicut ex anima & corpore constituitur humanitas, quae est homo, unde homo componitur ex anima & corpore. Aliquando autem ex his quae simul iunguntur, non resultat res tertia, sed resultat quaedam ratio composita, sicut ratio hominis alii resoluta in rationem hominis, & in rationem alii, & in talibus aliquid componitur ex seipso & alio, sicut album componitur ex eo quod est album, & ex albedine.

A Ad secundum dicendum, quod esse est accidentis, non quasi per accidentem se habens, sed quasi actualitas cuiuslibet substantie, unde ipse Deus qui est sua actualitas, est suum esse.

ARTICVLVS IIII.

Verbum in angelo sit idem suppositum & natura?

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quod in Angelo idem sit suppositum, & natura. In his enim quae sunt composita ex materia & forma, differt suppositum, & natura, quia suppositum adit supra naturam spiritualem individualiter, & non potest esse in angelo. Nam non sit compitus ex materia & forma. ergo in angelo non differt suppositum & natura. Sed dicebat quod suppositum in angelo differt a natura in quantum suppositum intelligitur ut habens esse, non autem natura.

SED CONTRA. Sicut esse non ponitur in distinctione naturae, ita non ponetur in distinctione suppositi, vel singularis, si suppositum vel singulariter distinguere. ergo suppositum pessimum a natura non differt. nihil ergo modo differt suppositum & natura.

SED CONTRA. In omnibus creaturis, natura constituit suppositum: sed nihil constitutum est. ergo in nulla creatura est idem suppositum & natura.

RESPON. Dicendum, quod ad huius questionis intelligentiam, oportet considerare quid sit suppositum, & quid natura. Naturae autem quoniam multipliciter dicuntur, tamen uno modo dicitur natura ipsa substantia rei, ut dicitur in 5. Metaph. secundum quod substantia significat essentiam, vel quid est atem rei, vel quod est illud ergo significatur nomine naturae, prout hic loquimur de natura, quod significat definitio. Vnde Boëc. dicit in libro de duabus naturis, quod natura est unumquodque informans specifica differentia, differentia enim specifica est completa diffinitionis. Suppositum autem est singulariter in genere substantiae, quod dicitur hypostasis, vel substantia prima, & quia substantia sensibilis compositus ex materia & forma sum magis nobis note, ideo in eis primo videamus quomodo se habet essentia, vel natura ad suppositum.

Dicunt autem quidam, quod forma partis est idea cum forma totius, que dicitur essentia, vel natura secundum rem, sed distinguit ratione: nam forma partis dicitur in quantum facit materiam esse in actu, forma autem totius, in quantum constituit speciem, sicut anima dicitur forma partis, in quantum facit corporis esse in actu: & similiter dicitur anima forma totius, in quantum constituit speciem humanam, & sic dicitur humanitas, & secundum hoc in rebus compositis ex materia & forma natura est pars suppositi. Nam suppositum est individualiter compositum ex materia & forma, ut dictum est. Sed praedicta positio non videtur esse vera, quia verdictum est, natura, vel essentia, dicitur id quod significat definitio. Diffinitio autem in rebus naturalibus non solum significat formam, sed etiam materiam, ut dicitur in 6. Metaph. Nec potest dici quod materia ponatur in definitione rei naturalis, sicut non existens de essentia eius. Hoc enim est proprium accidentis, ut diffiniatur per aliquid quod non est de essentia eius, sive per substantiam, & ideo habent essentiam incomplete, ut dicitur in 6. Metaph. Relinquitur ergo quod in rebus compotitis ex materia & forma, essentia, vel natura non sit sola forma, sed compositus ex materia & forma.

Restat

QVODLIBET. II. ART. V.

Restat ergo considerandum, cum suppositum, vel
individuum naturale sit compositum ex materia
& forma, utrum sit idem essentia, vel natura. Et haec
questionem mouet phil. in 7. met. vbi inquirit, utrum
sit idem unumquodque, & quod quid est eius, &
determinat quod in his quae dicuntur per se, idem
est res, & quod quid est rei: in his autem quae dicuntur
per accidens, non est idem. Homo enim nihil
est aliud quam quod quid est hoīs. Nihil enim aliud
significat homo, quam animal gressibile bi-
pedita res alba non est idem omnino ei quod quid
est album, quod si significatur nomine albi. Nam
album nihil significat, nisi qualitatem, ut dicitur in p̄di
camentis: res autem alba est substantia habens qua-
litatem. Secundum hoc ergo cuicunque potest ali-
quid accidere, quod non sit de ratione sua naturae
in eo differt res, & quod quid est, sine suppositum
& natura. Nam in significatione naturae includitur
solum id, quod est de ratione speciei: suppositum autem
non solum habet hec quae ad rationem speciei pri-
minent, sed etiam alia quae ei accidentur: & ideo suppo-
situm signatur per totum, natura autem, sive quid
ditas ut pars formalis. In solo autem Deo non in-
veniatur aliqd accidens praeter eius essentiam, quia
suum esse est sua essentia, ut dictum est, & ideo in
Deo est omnino idem suppositum & natura. In
angelo autem non est omnino idem, quia aliqd
accidit ei praeter id quod est de ratione sue speciei,
quia & ipsius esse angelii est praeter eius essentiam,
sive naturam, & alia quaedam ei accidentur quae om-
nino pertinent ad suppositum, non autem ad
naturam.

D. 461.
D. 466.
D. 514.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non solum
in compositis ex materia & forma inveniatur aliqd
accidens praeter essentiam ipsius speciei, sed etiam
in substantiis spiritualibus, quae non componuntur
ex materia & forma: & ideo in utrisque suppositu
non est oīno idem quod ipsa natura. Hoc tamen
est aliqd & aliud in utrisq. Dupliciter autem aliqd
accipitur ut accidens praeter rationem rei. Uno
modo, quia non cadi in distinctione significante es-
sentiam rei, sed tamen est designatiuum, vel deter-
minatiuum aliquius essentiauum principiorum,
sicut rationale accidit animali ut ipote praeter distinc-
tionem eius existens, & tamen est determinatiuum
essentiae animalis, unde est essentiale homini & de
ratione eius existens. Alio modo, accidit aliquod
aliqui, quia nec est in eius definitione, nec est deter-
minatiuum aliquius essentiauum principiorum, sicut
albedo accidit hoī. His ergo quae sunt composta
ex materia & forma accidit aliquod praeter rationem
speciei existens ut roque modo. Cum enim de ratione
speciei humana sit quod cōponatur ex anima & cor-
pore, determinatio corporis, & animae est praeter
rationem speciei, & accidit hoī in quantum est hoī, quod sit
ex hac anima, & ex hoc corpore; sed cōuenit per se
huic hoī, de cuius ratione esset, si dissiniretur, quod es-
set ex hac anima, & ex hoc corpore, sicut de ratione
homini cōs est, quod sit ex anima & corpore. Ac-
cidunt ei compositis ex materia & forma praeter
rationem speciei multa alia quae non sunt determinatiua
essentialium principiorum. Substantiis vero im-
materialibus creatis accidunt quidem aliqua per
rationem speciei, quae non sunt determinatiua es-
entialium principiorum, ut dictum est, non tamē ac-
cidunt eis aliqua quae sunt determinatiua essentialia
speciei, quia ipsa natura speciei non indiuitur per ma-
teriam, sed per seipsum ex hoc, quod talis forma non est
nata recipi in aliqua materia, unde per seipsum non

est multiplicabilis, neque predicabilis de pluribus:
sed quia non est suum esse, accedit ei aliquid praeter
rationem speciei, sive ipsum esse, & alia quaedam que
attribuuntur supposito, & non natura, propter quod
suppositum in eis non est oīno idem cum natura.

AD SECUNDUM. Dicendum, quod non omne
quod accidit alicui praeter rationem speciei, est
determinatiuum essentiae ipsius, ut oportet illud
poni in ratione eius, scilicet dictum est: & iō licet ipsi-
sum esse non sit de ratione suppositi, quia tamen pri-
met ad suppositum, & non est de ratione naturae, ma-
nisfestum est quod suppositum & natura non sunt
omnino idem in quibuscumque res non est sive esse.

Ad illud vero quod in contrarium obicitur, di-
cendum quod natura dicitur cōstituire suppositum
et in compositis ex materia & forma, non quia na-
tura sit una res, & suppositum alia res. Hoc enim est
secundum opinionem dicentium, quod natura specie
ei sit forma tantum, quae constituit suppositum
sicut rotum: sed quia secundum modum significa-
ti, natura significatur ut pars ratione supradicta,
suppositum vero ut totum, natura significatur ut
constituens, & suppositum ut constitutum.

QUAESTITIO III.

ARTICULUS V.

H. Utrum tempus mouens creaturam spiritualem, & mat-
temporealem, sit idem.

D E INDE quæstum est de tempore, per quod
Deus mouet creaturam spiritualem secundum
Augv. utrum sit idem cum tempore quod mouet
motus corporalium rerum. Et uidetur philosophus, ga-
neque Augustinus, diuersitatem hanc temporum as-
signat, neque aliquis philosophus, vanum ergo
videatur hanc diuersitatem temporum affigere.

¶ Præ. Omne quod est, in quantum est, est tempus: si ergo non sit unum tempus, sed diversa, non est
ens, quod est inconveniens. oportet ergo ponere
unum tempus tantum.

S E D C O N T R A . Tempus quo mensurantur
corporales motus, est numerus motus primi colla-
secundū Phil. in 4. physi. sed tempus per quod mo-
uentur angelii, non habet aliquum ordinem ad mo-
tum. ergo illud tempus est aliud a tempore corpo-
ralium rerum.

¶ Præ. Perpetuo & corruptibili nihil est commu-
ne, nisi secundum nomen, ut dicitur in decimo me-
taphysic. sed angelii sunt perpetui, corpora autem
sunt corruptibilia: non ergo idem tempus est uno
rumque.

R E S P O N S U M . Dicendum, quod sicut Aug. dicit in
de ciu. Dei, Tempora non sunt, nisi creaturalia
re, quae aliquid aliqua motione mutaret, cuius ma-
tationis cum aliud atque aliud, quia simul esse non
possunt, credit atque succedit, sequitur tempus, ex
quo accipitur quod etiam Philoph. dicit in quarto
physic. quod oportet loqui de tempore secundum
rationem motus: nam tempus est numerus motus
secundum prius & posterius. Omnes ergo motus
qui possunt mensurari una mensura, habent unum
tempus: si qui uero motus sunt, qui non possunt
una mensura mensurari, necesse est quod corru-
ptum sit diuersum tempus. Cum autem mensura sit hor-
mogenae mensura, ut dicitur in 10. meta. man-
ifestum est, quod omnia quae sunt unius generis, pos-
sunt habere unam mensuram communem, non autem
quae

QVODLIBET. II. ART. VI.

que sunt generum diuersorum. Omnes autem motus continui conueniuntur in uno genere, in quantum sunt commensurabiles, & ideo possunt habere unam mensuram communem: mensurantur n. omnes simplicissimo modo sui generis, & velocissimo moto primi ex aliis unde omnium motuum continuorum, potest esse unum tempus commune, quod quidem tempus licet videatur esse secundum genus de numero discretorum, quia est numerus harum rerum continuarum, si motum sit & ipsum continentum, sicut decem simpliciter dictum, est aliquid discretum: sed decem vlae panni, est aliquid continuum. Discretorum autem & continuorum non potest esse una mensura communis, cum sint diuersorum generum, in quantum sunt mensurabilia: & ideo necesse est si sint aliqui motus continuo, quod tempus eorum aliud sit a motu quo mensuratur motus continuo. Manifestum est autem, quod motus spiritualium creaturarum, de quib[us] Aug[ustinus] loquitur dicens creaturam spiritualem moueri per tempus, & non per locum, non sunt motus continuo, sed vi cistitudines quedam discrete. Dicit n. q[uaestio] per tempus mouetur animus uel reminiscendo quod oblitus erat, uel discendo quod necebat, uel uolendo quod volebat: unde manifestum est, quod cum tempus non habeat continuatem nisi ex motu, quod tale tempus non habeat continuum, & quod est aliud a tempo corporalium rerum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Aug. ex ipsa differentia motuum dat intelligere differentiam temporum.

AD SECUNDUM dicendum, quod eo modo aliquid est unum, quo est, & dicitur: quod enim dicitur in speciem, est unum specie, non autem unum numerum: unde non sequitur, si sint plures homines, quod non sit homo, & similiter non sequitur, si sint plures tempora, & non sit tempus.

QUESTIONE IV.

D EINDE quasitum est de homine. Et primo quoniam ad virtutes.

Secundo, Quantum ad peccata.

Tertio, Quantum ad poenas. Circa virtutes autem sui quasitum, & quantum ad res divinas, & quantum ad res humanas. Quantum ad res divinas, quasita sunt tria.

Primo, Circa fidem, utrum aliquis teneretur credere Christo visibilia miracula non facient.

Secundo, Circa fidei sacramentum, utrum parvuli Iudeorum sint baptizandi iuris patribus.

Tertio, Circa decimas, que debentur ministris sacramentorum, utrum aliquis propter confusum dinem possit excusari, ne decimas soluat.

ARTICULUS VI.

Vtrum homines credere debent Christo non facient visibilia miracula.

AD PRIMUM sic proceditur. Videatur, quod Christus non facient visibilia nisi ratiu[m] homines credere non tenerentur. Quienamque enim non facit hoc ad quod teneretur, peccat: sed si ho[mo]es non credent Christo miracula non faci eti[am], non peccarent. Dicit n. ipse Io. 15. Si opera non fecisti in eis, quae nullus alius fecit, peccatum non habent, & logatur de peccato infidelitatis, secundum Aug[ustinus]. ergo Christo si non fecisset miracula, homines crede-

A re non tenerentur.

¶ Præter. Nullus potest mutare legem, nisi legislator, uel eo superior: sed Christus prædicabat quedam quæ uidebatur pertinere ad ueteris legis abolitionem, sicut quod cibi non coquinarent hominē, & quod licet in Sabbatho operari, si ergo non probasset se esse legislatorem, non fuisset ei credendum: sed hoc fieri non potuisset nisi per miracula, cum legislatore multa miracula præcesserint, ergo Christus non est credendum nisi miracula fecisset.

SE CONTRA. Magis obligantur homines ad credendum primæ veritati, quam ad credendum uisibilibus signis: sed licet Christus miracula non fecisset, ipse tamen uerius Deus existens, prima ueritas erat, ergo etiam si miracula non fecisset, adhuc erat ei credendum.

¶ Præter. Gratia unionis est maior quam gratia gratum faciens per adoptionem: sed miracula non sufficienter probant gratiam gratum facientem, quia uel habetur Matt. 7. his qui Christo in iudicio dicunt, Domine in nomine tuo uirtutes multas fecimus, respondebitur, Non noui vos, ergo multo minus miracula sufficient ad probandum gratiam unionis. Si ergo sine miraculis Christo homines credere non tenerentur, neque etiam miraculis factis tenebantur credere dicenti se esse Deum, quod patet esse falsum.

C RESPON. Dicendum, quod nullus tenetur ad hoc quod est supra uires suas, nisi per hunc modum quo fit sibi possibile: credere autem est super potentiam hominis naturalem, unde ex dono Dei proueniunt, sed in illud Apostoli ad Ephezi, gratia saluatoris estis per fidem, & hoc non ex uobis, Dei enim donum est, & ad Philippienses 1. dicit. Vobis datum est non solum ut in ipsis creditis, sed ut pro ipso patiamini. Homo ergo tenetur credere secundum hoc, quod adiuuat a Deo aliquis ad credendum. Adiuuat a Deo aliquis ad credendum tripliciter. Primo quidem per interiorum uocationem, de qua dicitur Iohannis 6. Omnis qui audit a patre & didicit, uenit ad me, & ad Roma 8. Quos prædestinavit, hos & uocauit. Secundo per doctrinam, & predicationem exteriorem, secundum illud Apostoli ad Rom. 10. Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Tertio per exteriora miracula, unde dicitur I. Corinth. 14. quod signa data sunt infideilibus, ut scilicet per ea prouocantur ad fidem. Si autem Christus visibilia miracula non fecisset, adhuc remanebant alii modi attrahendi ad fidem, quibus homines acquisitare tenerentur. Tenebantur enim homines credere actori legis & prophetarum. Tenebantur etiam interiori uocationi non resistere, sicut Ieremia de se dicit. Dominus Deus aperuit mihi aures, ego autem non contradico, retrorsum non abiui, Ita[re] 50. sicut de quibusdam dicitur Act. 7. Vos semper Spiritus sancte restititis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod inter illa opera qua Christus in hominibus fecit, annumerari etiam debet uocatio interior, quia quodam attraxit, sicut Gregorius dicit in quadam Homelia, quod Christus per misericordiam Magdalena traxit interior, qui etiam per clementiam suscepit foris. Annumerari etiam debet eius doctrina, cum etiam ipse dicat. Si non uenisse, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent.

AD SECUNDUM dicendum, quod Christus poterat se ostendere esse legislatorem non solum faciendo visibilia miracula, sed etiam per authoritatem scriptriarum, & per interiorum instiunctionem.

Quodlibet S. Tho. B AD

QVODLIBET. II. ART. VII.

AD TERTIVM dicendum, q̄ interior instin-
ctus, quo Christus poterat se manifestare sine mi-
raculis exterioribus, pertinet ad virtutē primā ue-
ritatis, quā interius hominem illuminat & docet.

AD QVARTVM dicendum, q̄ miracula visibilia
sunt virtute diuina ad confirmationem virtutis fi-
dei: vnde dicitur Marci ultime de Apostolis, q̄ p̄e-
dicauerunt ubique, Domino cooperante, & sermo-
nem confirmante sequentibus signis. Non autem
sunt miracula semper ad demonstrandum gratia-
eius, per quem miracula sunt. & ideo potest cōtin-
gere q̄ aliquis gratiam gratum facientem non ha-
bens, miracula faciat: sed hoc contingere non p̄t,
quod aliquis falsam doctrinam auctoritatis, uera
miracula faciat, quā nisi virtute diuina fieri non
possunt. Sic enim Deus esset falsitatis testis, qđ est
impossibile. Cum ergo Christus se filium Dei dice-
ret, & aequalē Deo, hanc eū doctrinam cōpro-
babant miracula quā faciebat, & ideo ostendebat
Christus p̄ miracula q̄ faciebat, cē Deus. Petrus au-
tem licet eadem, uel maiora miracula faceret, non
probabatur esse Deus, sed per ea ē probabatur, q̄
Christus esset Deus: quia Petrus non p̄edicabat
scipsum, sed Iesum Christum esse Deum.

A R T I C U L V S . V I I .
Vtrum pueri Iudeorum sint baptizandi iniuitis
parentibus.

Ar. 29. 22. q.
19. art. 12. &
3. q. 5. 68. art.
10. o. & art.
49.

AD SECUNDVM sic proceditur. Viderunt, quod
pueri Iudeorum sint baptizati di iniuitis paren-
tibus. Maius n. est vinculum matrimoniale, quām
ius paternae potestatis, quia paterna potestas p̄t p̄
hominem solui, cum filius familiæ emancipatus:
vinculum autem matrimoniale non p̄t solui per
hominem, secundum illud Matth. 19. Quos Deus
coniunxit, homo non separat: sed propter infidelitatem
soluitur vinculum matrimoniale. dicit n. Apostolus 1. ad Cor. 7. quod si infidelis discedit, di-
scedat: non enim servituti est subiectus frater au-
tor in huiusmodi. & canon dicit q̄ si coniux
infidelis non vult cohabitare sine contumelia crea-
toris, quod alter coniugum non debet ei cohabita-
re, ergo multo magis propter infidelitatem tolli-
tur ius paternae potestatis: sic ergo infideles Iudei
non habent ius paternae potestatis in suis filios. pos-
sunt ergo eorum filii baptizari eis in initio.

Prat. Magis debet homini subeniti contra pe-
riculum mortis æternæ, quam contra periculum
mortis temporalis: sed si aliquis uideret hominem
in periculo mortis temporalis, & ei non ferret au-
xilium, peccaret. cum ergo pueri Iudeorū, & alio-
rum infidelium sint in periculo mortis æternæ si
parentibus relinquuntur, qui eos in sua fidelitate
informant, uiderunt quod sint eis aucterendi, & ba-
ptizandi, & in fide instruendi.

Prat. Filii seruorum sunt serui, & in potestate do-
minorum: sed Iudei sunt serui regum & principiū.
ergo & filii eorum, reges ergo & principes habent
potestatem de filiis Iudeorum facere quod uole-
rint. nulla ergo esset iniuria, si baptizarentur iniuitis
parentibus.

Prat. Quilibet homo magis est Dei, a quo habet
animam, quā patris carnalis, a quo habet corpus.
non est ergo iniustum, si pueri Iudeorum carnali-
bus parentibus auferantur, & Deo per baptismum
consecrantur.

Prat. Baptismus est efficacior ad salutē, quā p̄a-
dicatio, q̄a p̄ baptismū statim tollit peccati macu-
la & reatus penitentia & aperit uana calī; sed si peri-
culum sequatur ex defectu p̄dicationis, imputatur

Ei qui non predicanit, vt habetur Eze. 3. & 33. de eo
qui videt gladium venientem, & nō insouciantu-
ba, ergo multo magis si pueri Iudeorum damna-
tur p̄ defectum baptismi, imputatur ad peccati
eis, qui potuerunt baptizare, & non baptizauerūt.

SED CONTRA. Nemini facienda est iniuria. Fie-
ret autem Iudeis iniuria, si corum filii baptizaren-
tur eis iniuitis, q̄a amitteret ius paternae potestatis i
filios iam fideles. ergo eis iniuitis nō sunt baptizād.

RESPON. Dicendum, q̄ maximam autoritatem
habet ecclesiæ consuetudo, quā semper est in om-
nibus emulanda, quia & ipsa doctrina catholico-
rum doctorum ab ecclesiæ authoritatem habent
de magis est standum consuetudini eccliei, quā
vel authoritatē Au. vel Hier. vel cuiuscumq; docto-
ris. Hoc autem eccliei fuis numquam habui, q̄
Iudeorum filii parentibus baptizarentur,
quām fuerint retroactis temporibus multi ca-
tholici principes potentissimi, vt Constantinus,
Theodosius, & ali plures, quib; familiæ fuerint
sanctissimi Episcopi, vt Silvester Constantino, &
Ambroſius Theodosio, quā nullo modo prater-
missent ab eis impetrare, si hoc esset conponum
rationi: & ideo periculorum videat hanc assertio-
nem de novo inducere, vt preter consuetudinem
in ecclie hac tenus obseruantur Iudeorum filii
iniuitis parentibus baptizentur. Et huius ratio est in
plex, vna quidem proprie periculum fidei sicut
pueri nondum usum rationis habentes baptizā-
tūcipient, post modum cum ad perfectam eū
peruenirent, de facili possent a parentibus induci
vt relinquerent qđ ignorantes suscepissent, qui
uertierentur in fidei detrimentum. Alia uero ratio
est, quia repugnat iustitia naturali. Filii enim na-
turaliter est aliquid patris, & primo quidem a pa-
rente non distinguitur secundum copus, quām
in matris utero cōtinetur. Postmodum neq; post
quam ex utero egreditur, ante quam usum liberti
arbitrii habeat, cōtineatur sub parentum cura, huc
sub quodam spirituali utero. Quandiu enim usum
rationis non haber puer, non differt quantum ad
ea quā agit ab animali irrationali. Vide scilicet
uel equus iure gentium, vel ciuilis cōficiens ut
uta tur eo cum uero uerit, sicut proprio instrumento:
ita de iure naturali est, quod filius ante quam ha-
beat usum rationis, sit sub cura patris unde contra
iustitiam naturalē efficit, si puer ante quam ha-
bent usum liberti arbitrii, a cura parentum habet
tūcitur, ncl de eo aliquid ordinetur iniuitis parentibus.
Postquam autem incipit habere usum liberti arbit-
rii, iam incipit efficiens, & potest quantum ade-
que sunt iuri diuini, vel naturalis sibi ip̄i prouide-
re, & tunc est inducendum ad fidem non coherere
sed persuasionē, & p̄t etiam iniuitis parentibus
beat usum rōnis. Vnde de pueris antiqui par-
dū, q̄ saluabantur in fide parentum, per quod dñe
intelligi, q̄ ad parentes pertinet prouidere filii de
sua salute, præcipue ante quam habent usum rōnis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ in uinculo ma-
trimoniali eterque cōjugum habet usum liberti ar-
bitrii, & eterque potest iniuito altero fidei aſſentie:
sed hoc non habet locum in pueru ante quam ha-
beat usum rationis, sed postquam habet usum rationis,
tunc tenerit similitudo, si conuerterit uoluerit.

AD II. dicendum, quod a temporali non est al-
quis eripendus cōtra ordinem iuri ciuilis, nullus
si aliquis a suo iudice cōdēnerit ad mortē, nullus
det eum violenter eripere, unde nec aliquis debet
irram-

irrumpere ordinem iuris naturalis, quo filius est sub cura patris, ut cum liberet à periculo mortis æternæ.

AD TERTIUM dicendum, quod Iudei sunt servi principum seruitute ciuili, que non excludit ordinem iuris naturalis, vel diuini.

AD IIII. dicendum, quod homo ordinatur ad Deum per rationem, per quam Deum cognoscere potest, unde puer auctoritatem usum rationis habeat, naturali ordine ordinatus in Deum per rationem parentum, quorum care naturaliter subiacet, & secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

AD V. dicendum, quod periculum quod sequitur ex prædicatione omisita nulli imminet, nisi ei cui est commissum prædicationis officium, unde in Ezech. præmitur. Speculatorum dedi te filii Israhel: prout deinceps pueris infidelium de sacramentis salutis pertinet ad parentes eorum, unde ies imminet periculum propter subtractionem sacramentorum, si eorum parvuli detrimentum salutis patientur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum propter consuetudinem aliqui de obligantur a iure reddendi decimas.

AD TERTIUM sic procedit. Videtur quod propter consuetudinem aliqui deobligantur a iure reddendi decimas. Magis n. est accipere decimas, quam non dare: sed propter consuetudinem in ali quibus terris aliqui milites accipiunt decimas, & hoc ab ecclesia tolleratur. ergo multo magis propter consuetudinem aliqui deobligantur ut decimas non solvant, neque solvere teneantur.

SED CONTRA. Ius diuinum non aboletur per disfuetudinem: sed decimæ debentur de iure diuino. ergo per disfuetudinem non aboletur ius reddendi decimas, teneatur ergo homines reddere decimas contraria consuetudine non obstante.

RESPON. Dicendum, quod ea quæ sunt de iure positivo, per disfuetudinem abolentur. Ea vero quæ sunt a iure naturali, vel de jure diuino, nulla disfuetudine aboletur possunt. Nulla disfuetudine fieri potest, vt sit licitum furari, vel mæchari. Est ergo considerandum ad propositam questionem, viru dare decimas, sit de iure diuino, vel de iure positivo humano. Ius autem diuinum in novo & in veteri testamento continetur. Et quidem non apparet in novo testamento aliquid præceptum datu de decimis soluēdis, in doctrina dico Euangelica, vel Apostolica. Qd. n. dī Mat. 23. de solutione decimaru, hoc oportuit facere, & illa non omittere, & qd dicit Pharisæus. Luc. 18. Decimas do oīum quæ posse video, magis videatur ad statum veteris testamenti pertinent, quam obseruantia noui testamenti formam imponere. In veteri autem testamento triplex genus præceptorum erat. Quædam enim erat præcepta moralia, quædam iudicia, quædam ceremonia. Præcepta moralia sunt quæ sunt indita naturali rationi, ad quæ homines omni tempore obligantur, vt Honora patrem & matrem, Nō me chaberis. Non furtum facies, & similia. Præcepta autem iudicia sunt, per quæ iudicia exercebantur, puta, si quis furaretur vnam ouem, redderet quatuor, & hinc præcepta non sunt indita rationi naturali: non n. ratio naturalis habet, quod ille qui furatur ouē, magis reddat quatuor quam tres, vel unam: sed tamen per huiusmodi præcepta determinatur morale præceptum. Habet n. ratio naturalis

A quod ille qui furatur, debeat puniri: sed quod tali pena puniatur, hoc determinatur per præceptū iudiciale. Præcepta autem ceremonia ueteris legis sunt, que pertinent ad obseruantiam diuini cultus, & sunt ordinata ad figurandum aliquod futurū, sicut immolatio agni paschalis figurabat occisionem Christi. Est ergo considerandum, utrum præceptum de decimis perfoluendis sit mortale, vel iudiciale, vel ceremoniale. Si enim morale, est, ad hoc omnes tenentur, & omni tempore, nulla obstante contraria consuetudine. Sed hoc non vñ, quia ratio naturalis non dictat magis quod homo ministris Dei der decimā, qd undecimā, vel nonā

B partem fructuum. Si autem sit præceptum iudiciale, non tenentur ad decimas dandas: sicut non tenentur omnes ad iudicandum secundum indicia in legge ueteri conscripta, quia illa iudiciale præcepta sunt specialiter illi populo data consideratis conditionibus eius, nō n. eadem omnibus expediunt. Si autem sit præceptum ceremoniale non solum nō obligaret, sed etiam obliteratum induceret in pecatūm peccare, n. si quis agnum paschalem immolare, ga post aduentū ueritatis cessauerunt figure.

